

Venus und Adonis

Ov. met. 10,519-559 und 708-739

- Lābitur occūltē fallītque volātilis aetās,
et nihil est annīs vēlōcius: ille sorōre* 520
*nātus avōque suō, quī cōdītus árbore nūper,
nūper erat gēnitus, modo fōrmōsissimus īnfāns,
iam iūvenis, iam vir, iam sē fōrmōsior ipsō est,
iam placet et Vēnerī mātrīsque ulcīscitur īgnēs.
namque pharetrātus dum dat puer óscula mātrī,* 525
*īnscius exstāntī dēstrīnxit harīndine pectus:
laesa manū nātum dea réppulit; áltius áctum
vulnus erat spēciē prīmōque fefēllerat ipsam.*
- Capta virī fōrmā nōn iam Cytherēia cūrat*
lītora, nōn altō répetit Paphon aéquore cīnctam 530
*piscōsámque Cnidon gravidámve Amathūnta metállīs;
ábstinet et caelō: caelō praeferētur Adōnis.
hunc tenet, huic comes est adsuētaque semper in umbrā
indulgēre sibī fōrmámque augēre coléndō*
per iuga, per silvās dūmōsaque saxa vagātur 535
*fine genūs vestem rītū succīcta Diānae
hortātūrque canēs tūtaéque animālia praedae,
aut prōnōs léporēs aut celsum in cōrnua cervum
aut ágitat dammās: á fōrtibus ábstinet aprīs
rapitōrēsque lupōs armātōsque únguibus ursōs* 540
*vītat et arméntī saturātōs caede leōnēs.
tē quoque, ut hōs tīmeās, sīquid prōdēsse monéndō*
possit, Adōni, monet ,fortis' que ,fugācibus estō'
inquit, ,in audācēs nōn est audācia tūta.
- parce meō, iūvenis, temerārius esse periclō,* 545
*nēve ferās, quibus arma dedit nātūra, lacesse,
stet mihi nē māgnō tua glōria. nōn movet aetās
nec fāciēs nec quae Vēnerem mōvēre, leōnēs
saetigerōsque suēs oculōsque animōsque ferārum.*
- fulmen habent ácrēs in adūncīs déntibus apri,* 550
*ímpetus est fulvīs et vāsta leōnībus ītra,
invīsūmque mihī genus est. ' quae causa, rogāntī
,dīcam' ait ,et véteris mōnstrum mīrābere culpae.
sed labor īnsōlitus iam mē lassāvit, et, ecce,*
- opportūna suā blandītūr pōpulus umbrā,* 555
*datque torum caespēs: libet hāc requiēscere tēcum'
(et requiēvit) ,humō' pressītque et grāmen et ipsum
inque sinū iūvenis pōsitā cervīce reclīnis
sīc ait ac médiīs intēserit óscula verbīs:*

Venus erzählt die Geschichte von Hippomenes und Atalanta, denen sie zur Hochzeit verhalf, die sie später aber auch aus Zorn in Löwen verwandelte. Atalanta, eine ebenso schnelle wie schöne Läuferin, hatte einem Orakel zufolge nicht heiraten sollen und pflegte, um ehelos zu bleiben, ihre Heiratskandidaten zum Wettlauf herauszufordern, bei denen der Verlierer mit dem Leben bezahlte. Da auch Hippomenes unterlegen würde, rief er Venus zu Hilfe. Sie gab ihm drei goldene Äpfel, die er beim Wettkennen Atalanta in den Lauf warf. Sie lenkten das Mädchen ab und Hippomenes gewann den Lauf und damit Atalanta. Später hatten die beiden jedoch in einer heiligen Grotte bei einem Venusheiligtum ein intimes Rendezvous und wurden daraufhin von der Göttin zur Strafe in Löwen verwandelt. Weil sie so in den Wäldern umherstreifen, legt Venus Adonis nahe, sich den Gefahren der Jagd nicht auszusetzen.

*Illa quidem móniuit iūnctīsque per áéra cycnīs
carpit iter, sed stat mónitīs contrāria virtūs.
forte suem látebrīs vestígia certa secūtī
excīvēre canēs, silvīisque exíre parántem
fixerat oblīquō iūvenis Cinyréius ictū;
prōtinus excüssit pandō vēnābula rōstrō
sánguine tīncta suō trepidūmque et tūta peténtem
trux aper īnséquitur tōtōsque sub ínguine dentēs
ábdidit et fulvā moribúndum strāvit harēnā.
vecta levī currū médiās Cytherēa per aurās
Cypron olōrīnīs nōndum pervénerat ălis:
agnōvit longē gémitum moriéntis et albās
flexit avēs illūc, utque aéthere vīdit ab altō
exánimem inque suō iactántem ságuine corpus,
dēsiluit paritérque sinum paritérque capillōs
rūpit et indignīs percüssit péctora palmīs
quéstaque cum fātīs , at nōn tamen ómnia vestrī
iūris erunt' dīxit; ,lūctūs moniménta manébunt
semper, Adōni, meī, repetītaque mortis imágō
ánnua plangōris péraget simulāmina nostrī;
at cruor in flōrem mūtābitur. an tibi quandam
fémīneōs artūs in oléntēs vértere mentās,
Persephónē, lícuit: nōbīs Cinyréius hērōs
invídiae mūtātus erit? ' sīc fāta cruōrem
néctare odōrātō sparsit, quī tīnctus ab illō?
intūmuit sīc, ut fulvō perlūcida caenō
súrgere bulla solet, nec plēnā lóngior hōrā
facta mora est, cum flōs dē ságuine cóncolor ortus,
quālem, quae lentō cēlant sub córtice grānum,
pūnica ferre solent; brevis est tamen ūsus in illō;
namque male haeréntem et nīmiā levitāte cadūcum
excūtiunt ădem, quī praestant nōmina, ventī.*

710
715
720
725
730
735